



ביחודה

JACOBUS KOCKERT  
LUBECENSIS  
LECTORI BENIVOLO

S. P. D.

**E**T si nonnulli Philosophorum gloriam appetendam esse negaverunt, omnium tamen rectè judicantium & acetum, quod ajunt, in pectore habentium testimonio comprobata est sententia, nullum amplius, nullum honestius virtutis præmium esse, quàm gloriam. Meritò igitur sapientissimus mortalium non Apollinis sed DEI ipsius oraculo judicatus Rex Salomon Proverb. 22. v. 1. ait : נְבָחָר שֵׁם מֵעֶשֶׂר רָגַב : hoc est , Exoptatior est gloria divitijs amplissimis, & gratia melior argento & auro. Neq; enim existimandum est, Herculem, Julium Cæsarem aliosq; heroes tot ac tantas dimicationes certissimo interneccionis periculo subituros unquam fuisse, si, quibus vita illorum terminis circumscripta fuit, iisdem & laudem & famam suam contineri putassent. Inter omnes autem omnium ætatum ac nationum fortissimos viros, quorum egregia facinora Poëtarum vel historicorum monumentis celebrantur,

nul-